



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorum Omnium Generalium Et Provincialium Collectio Regia

Ab anno DLIII. ad annum DLXXVII.

Parisiis, 1644

LXXI. De eo, quod non liceat Christianis obseruationes diuersas attendere.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15324

L X X.

z. q. i. Non
liceat cleri-
cis

Non liceat clericis , vel laicis catholicis , ab hæreticis eulogias accipere ; quia maledictiones sunt magis , quam benedictiones : neque licet aut cum hæreticis , aut cum schismaticis orare.

L X X I.

26. q. 5.
Non liceat
Christian.
Bur.lib. 10.
cap. 6. Iuo
p. 11. c. 34.

Si quis paganorum consuetudinem sequens, diuinos & sortilegos in domo sua introduxerit, quasi ut malum foras mittant , aut maleficia inueniant , vel lustrationes paganorum faciant ; quinque annis pœnitentiam * agant.

L X X I I.

26. q. 6. Non
liceat. Bur.
lib. 10. c. 5.
Iuo p. 11. c.
40.

Non liceat Christianis tenere traditiones gentilium , & obseruare vel colere elementa , aut lunæ aut stellarum cursum , aut inanem signorum fallaciam, pro domo * facienda. Scriptum est enim : * facien-
da, aut
proper
leges
vel arbo-
res plan-
tandas,
vel con-
iugia-
canda

Coleff. 3.

Omnia quæ facitis , aut in verbo , aut in opere , omnia in nomine Domini nostri Iesu Christi facite , gratias agentes Deo.

L X X I I I.

26. quæst. 7.
Non liceat.
Bur.lib. 10.
cap. 15. Iuo
part. 11. cap.
42.

Non liceat iniquas obseruationes agere Kalendarum , & otiis vacare gentilibus , neque lauro aut viriditate arborum cingere domos. Omnis hæc obseruatio paganismi est.

L X X I V.

26. q. 5.
Non liceat.
Bur.lib. 10.
cap. 10. Iuo
p. 11. c. 47.

Non liceat in collectione herbarum quæ medicinales sunt , aliquas obseruationes aut incantationes attendere nisi tantum cum symbolo diuino , aut oratione dominica , aut tantum , Deus creator omnium , & Dominus honoretur.